1119 Rep. *near Shervy* GORD. *From Barhill* HORSL. Servatur Glasgoviae in museo Hunteriano, 'ex dono Thomae Calder cet.' MON. Cippus altus ped. 3 dig. 8, latus ped. 1 dig. 5, litteris et ornamentis rudibus.

rosa corona rosa
palma laurea palma

D · M ·
SΛLMAN̅S (E supra lineam)
VIX · AN · XV
SΛLMANES
POSVIT

Contuli. Gordon it. sept. tab. 66 fig. 2; Horsley p. 199 *Scotl.* 13 (inde Goughs Camden 3 p. 99 tab. 3 fig. 10; Hodgson 2, 3 p. 266); Monum. Scot. 12 (imo 11); Stuart p. 334 tab. 12 fig. 8.

2 SAL MAN Gord., SALMN (E supra) Horsl., SALMN Stuart. Quadratarius E litteram omiserat posteaque addidit supra lineam.

D(is) M(anibus) Salmanes. Vix(it) an(nis) XV. Salmanes (pater puto) *posuit*

1120 Rep. *near Shervy* GORD. Extat in *Skirway* HORSL. Servatur in museo Hunteriano 'ex dono Thomae Calder cet.' MON. Cippus fastigio ornatus altus ped. 2 dig. 10, latus ped. 1 dig. $6^1/_4$.

rosa corona rosa
laurea
in
fastigio

D · M ·
VEREC
V NDAE

Contuli; Gordon it. sept. tab. 66 fig. 3; Horsley p. 199 *Scotl.* 14 (inde Goughs Camden 4 p. 99 tab. 4 fig. 1); Monum. Scot. 13; Stuart p. 334 tab. 12 fig. 7.

Gordon et Horsleius viderunt imminutam; postea accessit fragmentum quod v. 3 continet.

VIII. *KIRKINTILLOCH*,
STATIO PER LINEAM VALLI SEXTA?

Ad *Kirkintilloch* oppidum castrorum vestigia perspicua erant tempore Timothei Pont (cf. Goughs Camden 4 p. 100), atque hodie quoque *the Peel of Kirkintilloch*, ut vocatur castrorum situs, inter castra vallaria optime conservata numeratur (Horsley p. 168; Roy p. 159; Stuart p. 322 ss.). Nomen ei stationi conveniret ex serie Ravennatis quintum *Medio Nemeton*; atque, si vallum extensum fuisse ponimus a *Carriden* paulo magis etiam versus occidentem quam *Westkilpatrick*, quae fuit ultima eius, ut videbimus, statio, *Kirkintilloch* videtur re vera fere medium locum obtinere inter stationes vallares. Sed observatio haec sane levis momenti est.

1121 Inventus est hic lapis prope oppidum de Kirkintilloch MONUM. Servatur Glasgoviae in museo Hunteriano; longus ped. 5 dig. 2, altus ped. 2 dig. 6. In latere utroque ansae peltarum forma insculptae sunt exeuntes in capita aquilina.

IMP · CAESARI · T ·
AELIO · HADRINO
ANTONINO · AVG ·
PIO · P · P · VEXILLA
LEG · VI · VIC · P · F
PER · M · P ·

Contuli. Monum. Scot. 20 (inde Goughs Camden 4 p. 100 tab. 4 fig. 7; Hodgson 2, 3 p. 271; Stuart p. 324 tab. 10 fig. 5).

Numerus pedum nunquam plene perscriptus est.

1122 *In a pig stye, at a farm house near Kirkintilloch* HODGS. Rep. a. 1789 *$^3/_4$ miles to the east of Kirkintilloch, in the hollow of the Roman ditch, at that part of the line where it traverses the farm of Eastermains* STUART. Servabatur Glasgoviae apud Ioh. Buchanan; lapis longus dig. 23, altus $16^3/_4$. Vv. 1 et 2 in tabella ansata. Nunc est in museo Hunteriano cura Dicksonis.

LEG · XX
V · V · FEC
M · P · III P *aper currens ar-*
III̅ CCCIV *dextrorsum bor*

Ectypum misit Dickson, unde descripsi. Hodgson 2, 3 p. 271. 439 cui misit '*Mr. Wilson, of Glenarbach*'; Stuart p. 326 tab. 10 fig. 4 qui adnotat v. 3 litteras III P non satis certas esse. Sed numeri omnes ita plane extant in lapide; voluit fortasse lapicida *m. p. III CCC IV*; ut *P̅I̅I̅I̅* errore bis positum sit. LV (ut expectaveris pro IV) non est in lapide. Horsleius observavit vexillationes tantum legionis XX, non ipsam integram in opere valli fuisse occupatam. Observationi illi titulus hic videtur obstare.

1123 *Kirkintilloch, in the Peel fort.*

LEGIO SECVNDA AVGVSTA FECIT

Sinclair *statistical account of Scotland* 2 (1792) p. 276.

Fortasse male collocata neque diversa a n. 1127; certo non ita scripta fuit in lapide.

Kirkintilloch; anaglyphum ibi repertum est caput tauri exhibens serto ornatum (bucranium?) . . . .; *when first discovered, many years ago, an inscription was visible upon it, but the tablet on which the letters were placed is now entirely defaced, having been used by a rustic to charpen chisels.*

Thomson ap. Stuart p. 324 adn. *a*.

IX. *BEMVLIE*,
STATIO PER LINEAM VALLI SEPTIMA?
Accedit *Calder house*.

Ad *Kelvin* fluvii ripam vestigia castrorum extant, *Bemulie* dicta (vel *Balmulie* sive *Balmuldie*, Stuart p. 317). Tituli inde videntur delati esse ad *Calder* (vel *Cadder* sive *Cadar, Cader, Cadir*) mansionem vicinam; certe ibi quoque in colle quodam alia fuisse castra argumentis nullis probatum est (cf. Horsley p. 167 s.; Roy p. 159; Stuart p. 321). Est inter eos memoria Lollii Urbici valli conditoris (n. 1125); reliqui soliti generis sunt (n. 1126. 1127. 1128). Nomen stationi ei, si quae fuit etiam tum, cum itineraria a Ravennate exscripta composita sunt, fuisse putandum est Subdobiadon vel simile.